

eo loquens sic ait Text. Sed in quantum ratione Parochialium Ecclesiarum vel alias jurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officii tui debitum in eisdem libere proseguaris. De quo ibi Gloffa, Abbas in cap ultimo, n. 11. ibi Filius de foro compet. Azevedo l. 3. a n. 1. 18. tit. 16. lib. 8. nov. Recopilas. Govar, practica. 6. 11. n. 5. vers. Posset.

Glossa. Abbas. Filius. Azevedo. Govar.

QUESTIO III.

Ad Episcopum, seu Ordinarium pertinet componere differentias inter Clericos, seu Regulares, qua exortuntur processionum occasione.

SUMMARIUM.

- 11 Textus Concilii circa controversias.
12 Facultas data est circa controversias ortas cum scandalo.
13 Episcopus componat controversias summarie & sine figura iudicii.
14 Per sententiam Episcopi suspenditur effectus suspensus, non tamen devolutivus.
15 Remedium ad componendas controversias, est quod expellatur ligantes, dum nolunt acquiescere.

Trident.

Verba sunt Concil. Trid. sess. 25. c. 13. de Regul. Controversias omnes d. precedentia, que sepe cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas tam seculares, quam Regulares, tum in processionibus publicis, tum in iis, que sunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, & aliis similibus, Episcopus amota omni appellatione, non obstantibus quibuscumque componat.

12.

Facultas hic Episcopis data a Concilio, ad sedandas controversias super precedentia ortas inter personas Ecclesiasticas, sive seculares sive Regulares, intelligitur tantum, quando ex ipsis controversiis sequatur scandalum. Concilium autem ait de his, que cum scandalo oriuntur. Unde si illud non sequatur, nulla videtur facultas commissa. Ita Barbosa in Collectanea ad citandum locum Concilii, cum Deciano consil. 63. n. 10. lib. 2. Cenedo Canon. quest. lib. 1. q. 26. num. 17. Salgado de Proceff. Regia, tom. 1. part. 2. cap. 9. n. 101.

Barbosa. Deciano. Cenedo. Salgado.

13.

Cum ergo juxta Textum Concilii pertineat ad Episcopum componere ipsas controversias, remota omni appellatione, hoc est brevimanu, summarie, & de plano, ac sine strepitu, ac figura iudicii; ita declaratum est a S. Congreg. refert Campanella in Diversario juris, Rubrica 12. c. 13. n. 120. Intelligitur autem, quod breviter componat ipsas controversias quoad effectum suspensivum dumtaxat, ut resolvunt Salgado proxime citat. n. 99. Armendar. in Additionib. ad recopil. legum Navarre, lib. 1. tit. 14. & lib. 28. §. 31. n. 10. Non tamen tollit effectum devolutivum. Ut tenet Rota Romana coram Cardin. Lancelloto in Colonienfi. Precedent. 9. Junii 1627. §. Non obstant. quod Concilium.

Campanel.

Salgado. Armendar.

Rota Rom.

14.

Cum vero circa precedentiam magna est

controversia, & res secundum juris dispositionem, non potest determinari, & Patres nolunt acquiescere; oportunitatem remedium ait Rodrig. Tom Reg. q. 37. art. 3. utroque expellere pro illa vice, ut in simili notant Innocentius, Innocent. & Gondifalvus de Villadiego apud eundem Gondifal. Rodrig. & Peirinus tom. 1. Privileg. Minim. Peirin. in consil. 2. Sixti IV. n. 57. M. Lezana tom. 4. Lezana. verb. Processio num. 6.

Rodrig. Peirin. Lezana.

QUESTIO IV.

An Religiosi obligati ad processiones sub mortali teneantur accedere & etiam cantare?

SUMMARIUM.

- 15 Tenentur sub mortali adesse.
16 Hoc preceptum respicit primo Prælatos, deinde subditos, si impediunt ne alii vadant.
17 Quidam dicunt quod Religiosi non tenentur canere, nisi in processionibus Litaniarum.
18 Standum est consuetudini locorum, ac Regnorum.

Dicendum est, quod Religiosi, qui tenentur ire ad processiones, & vocati sunt sub mortali tenentur adesse. Ita Pellizar. tom. 1. tract. 5. c. 11. q. 1. n. 1. M. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto tom. 2. Director. Regular. tract. 5. disp. 6. sect. 12. n. 1559. Leandr. tom. 8. tract. 6. q. 18. Et ratio est, quia Tridentinum citatum, q. 4. ponit preceptum, & in re gravi, ut Religiosi vocati conveniant ad processiones, qui autem violat preceptum in re gravi, peccat mortaliter, ergo & isti non accedentes.

15.

Pellizar. Fr. Anton.

Leandr.

16.

Hoc autem preceptum potest considerari quoad Prælatos, & quoad subditos, quoad Prælatos autem, verbi gratia Abbatem, Priorem, Guardianum, vel quemcumque alium Rectorem. Ratio est, quia quoties obligatio cadit in aliquod corpus mysticum alicujus communitatis, caput talis corporis, ratione sui muneris, maxime tenetur curare, ut obligatio illa impleatur, quia ad superiorem pertinet movere inferiores ad operandum; & idem talis obligatio primo, & directe respicit ipsos Prælatos respicit etiam ipsos subditos, non singillatim per se solum, sed prout ipsi advertunt fore, ut si ipsi omittant ire ad processiones Conventus simpliciter non sit interfuturus processioni eo quod non adsint alii, qui commodè possint ire ad eam, sive quod in ea pauci degant Religiosi, sive quod plures eorum agrotent, vel aliquod aliud habeant legitimum impedimentum.

17.

Lezana. Sorbus.

18.

Quantum ad secundum, M. Lezana tom. 4. verb. Processiones quoad Regulares, numero 3. in medio, ait quod Sorbus refert Sacram Congregationem declarasse, Regulares sic accedentes ad processiones, teneri in illis cantare, quod tamen observari non video, nisi in solis processionibus Litaniarum. Ita Lezana.

Standum est consuetudini Regnorum, ac Regio

Regionum: nam in Regnis Castellæ, ut accepi, non solent Religiosi canere, nec etiam in processionibus Litaniarum, & in hoc nostro Portugallie Regno solent Religiosi canere in omni processione; & idem talis consuetudo ad evitandum scandalum ab omnibus observanda.

Resol. 308. num. 3. Piacius in praxi Episcop. Piacius. cap. 3. num. 47.

Septimo, excusantur Religiosi a processionibus, ob paucitatem existentium in Conventu debent accedere in numero decenti, debito, & consueto. Ita declaravit Sacra Congregatio 30. Augusti 1602. ut testatur Barbosa lib. 1. de jure Ecclesiastico. cap. 43. numero 160. Novar. Lucerna, Regul. verb. Processio, num. 3. Lezana tom. 4. verb. Processio quoad Regul. num. 3. ex quo sequitur, quod si in Conventu non sit decens, & conveniens numerus excusantur ab ipsis processionibus illius Religiosi, & idem est, si multi infirmantur.

21. Congreg. Barbosa.

Novar. Lezana.

22. Bordon. Pellizar.

23. Leandr.

24. Pellizar. Fr. Anton.

25. Tambur. Pellizar. Lezana.

Tambur. Pellizar. Lezana.

Barbosa. Portel. Novar. Fr. Anton.

QUESTIO V.

Quinam Religiosi sint deobligati accedendi ad processiones, tum ex privilegio, tum ex consuetudine?

SUMMARIUM.

- 19 Religiosi, qui ex privilegio non tenentur accedere ad processiones.
20 Distantes ab urbe per medium milliare.
21 Excusantur ob paucitatem Religiosorum, vel quia multi infirmantur.
22 Conveniens numerus, ut teneantur Religiosi accedere, est duodenarius.
23 Si vero in Conventu adsint hospites non tenentur accedere.
24 Religiosi etiam excusantur accedere ad processiones ob supervenientem pluviam.
25 Exempti si semel accedant ad processiones, vel ex devotione, vel quia invitati, an inde deperdant suum privilegium.

19.

Trident.

Marzil. Tambur. Portel. Peirin.

Compend.

Capucin.

Gavan.

Lucerna.

20.

Rodrig.

Marzil. Barbosa. Quaranta.

Riccus.

Primo non tenentur accedere viventes in strictiori clausura, ut patet ex Trident. Secundo excusantur hi, qui vivunt in Collegio, & studio, ac lectionibus dant operam per Bullam Pii V. Etsi Mendicantium. Marzilla citat. Tamburin. de jure Abbat. disp. 24. quest. 8. Portel. verb. Processiones, num. 4 & 5. Peirinus in Additionibus ad prædictam Bullam Pii V. Tertio, nostri Patres Carmelitæ Discalceati à Clemente VIII. Bulla Religiosorum anno 1696. & ex Paulo V. Decret Romanum. Bulla 4. anno 1510. apud eorum Compendium. Quarto Carthusiani Camaldolen. Benedictini, Bernardini, Patres Sancti Hieronymi in Hispania: Bulla Pii V. apud Capucinum in Compendio, verb. processiones. Quinto, Patres Societatis Jesu ex Gregorio XIII. Bulla quacunque. Sexto, communiter omnes Clerici Regulares. Septimo, Patres Joannis Dei, ut testatur Gavanus verb. Processio, num. 12. & ibi multi alii Religiosi, sicut & apud Lucernam Regular. verb. Processio num. 10.

Sexto, non tenentur accedere ad processiones Religiosi, quorum Conventus distat ab urbe, seu oppido per medium milliare, quod solum continet quingentos passus. Ita declaravit Sacra Congregatio Cardinal. apud Rodrig. in Bullar. fol. 1200. col. 1. sub Clemente VIII. ubi dicitur Regulares distantes ab urbe, ultra medium milliare, non posse compelli ab Episcopo. Hanc declarationem referunt Marzilla lib. 2. titul. 12. cap. 14. §. Exempti omnes Barbosa. de potestate Episcopi, allegat 78. num. 21. Quaranta in summa Bullarii verb. Privilegia Regul. pag. 406. & verb. Precedentia, colum. 2. Riccius in praxi fori Ecclesiast. Sylveira Opuscula.

Si verò inquiras, quot Religiosi requirantur ad hunc convenientem, & debitum numerum. Respondet Bordonius Resol. 7. num. 147. & ex eo Pellizarius tom. 1. tract. 5. cap. 11. quest. 11. num. 16. quod saltem requiruntur duodecim Religiosi: nam ad minimum talis numerus est requisitus, ut debito, & convenienti modo intendant, cum cruce, & candelabris.

Si autem casu contigerit, quod in tali Conventu non sint duodecim Religiosi Conventuales, tamen eo die in monasterio adsint multi Religiosi hospites an teneantur cum hospitibus interesse processioni Conventuales Respondent citati Auctores negative, quia hospites non sunt subditi illius Monasterii ac proinde non tenentur ad factis faciendas obligationes illius Conventus, & cum eis convivere Leandr. citat. q. 27.

Octavo dubitatur an Regulares excusentur à processionibus ob supervenientem pluviam, & tempestatem. Affirmative respondet Pellizarius proxime citatus, quia precepta humana, & maxime Ecclesiæ, cujus jugum suave, & leve est, non obligant cum tanto incommodo, ac onere filiorum quia etiam in tali eventu, datur Episcopi locus, & rationabiliter præsumitur Ordinarium non ægè latum Regularium absentiam, ita citat Pellizarius & Fr. Antonius ab Spiritu Sancto 2. p. Direct. Regul. tract. 3. disp. 6. sect. 11. n. 595.

Ad calcem hujus questionis quaeres. An Religiosi, qui ex privilegio, vel ex antiqua consuetudine sunt exempti à processionibus, si aliquando ad eas invitati, vel sua devotione accedant, intelligantur per talem accessum privilegium amittere, ut in posterum compellantur venire. Respondendum est negative cum Tamburino citato disputatione 24. quest. 8. num. 5. & 6. Pellizarius citato cap. 11. quest. 4. in fine M. Lezana tom. 1. Regular. cap. 9. num. 47. & tom. 4. verb. Processiones num. 3. & apud ipsum Barbosa, Portel. Novar. cum quibus etiam est Fr. Antonius ab Spiritu Sancto citat. num. 1564. quia ex tali accessu nullum jus acquiritur contra illos, nec exinde illi videntur renunciare suum privilegium, nec ejus Conventus illud valet renunciare in præjudicium totius Religionis.

QUESTIO VI.

Ad quas processiones tenentur Regulares accedere.

SUMMARIUM.

- 26 Religiosi tenentur accedere ad processiones communes vocati ab Episcopo.
 - 27 Ad quas processiones tenentur Regulares accedere.
 - 28 Ex declaratione Cardinalium non tenentur accedere ad processionem, quae fit in octava corporis Christi.
 - 29 Clemens VIII. concessit Patribus S. Eloy, ut da nullas processiones tenentur accedere, nisi ad illas quinque assignatas.
 - 30 Archiepiscopus Olyssipponensis voluit obligare Religiosos ad processiones litaniarum, & praedicto privilegio se munierat, & Archiepiscopus quievit.
26. Religiosi etiam exempti tenentur vocati accedere ad processiones publicas & consuetas, ac indicatas pro bono communi, illiusque honore, ut communiter resolvunt Rodrig. Franciscus Leo, Ugolin, ac multi alii, quos citat, ac sequitur Barbosa in collect. Concilii Trident. sess. 25. cap. 13. ad Regul. quod magis particulariter explicemus.
27. Compelli possunt Regulares ab Ordinario accedere ad processiones in festo Corporis Christi, in Litanis, quae fiunt ante Ascensionem, non tamen in his, quae fiunt in die sancti Marci, ut ex declaratione Cardinal. tenentur. Belasius verb. Processio, n. 6. Moronius resp. 12. num. 16. & etiam in jubilais, ut habet Peirinus ad Constit. 7. Pii V. §. 29. num. 25. & etiam in processionibus, quae pro bono pacis Ecclesiae, vel pro victoria contra infideles fiunt, Pius V. in Bulla Esi Mendicantium apud Peirin, ibid. Idem dicendum est de processione, quae fit pro peste, vel alio grandi malo, non tamen pro processione, pro Synodo celebranda, ut resolvit Bordonius tom. 2. Resol. 68. num. 46. Bene tamen ad eam, quae fit in adventu novi Episcopi, ut tenet Barbosa de potestate Episcopi, allegat. 68. num. 2. vel in adventu Legati à latere, Rodrig. tom. 3. quest. 36. art. 1. Et tandem ad omnes processiones, quae ex antiqua consuetudine Regni, Provinciae, ac Diocesis celebrantur, ut tenent Moronius resp. 12. v. 16. Erasmus à Cochier, de Jurisdictione Ordinaria in exemptos part. 2. quest. 45. num. 109.
28. Tamen Regulares non possunt compelli ad processiones, quae fiunt in octava corporis Christi, sic declaratum est à Sacra Congregat. die 9. Decembr. 1637. & sic habet Sacra Regularium Congregatio, respondet Regulares supradictos non teneri in casu proposito accedere ad processionem Sanctissimi Sacramenti, nisi in die solemnitatis corporis Christi, nullo modo posse cogi in octava, & ita servari mandavit. Ita M. Lezana tom. 4. quest. Regular. verb. Processio quoad Regulares num. 11. & 12. ex ultima editione Venetiis unde non audiendus est machado tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. document. 6. num. 2. contrarium affirmans, nec

contra nos aliquid docent Auctores, quod ipse citat, ut legenti patebit.

Hic maxime notandum, & advertendum est quod Clemens VIII. Patribus Sancti Clem. VIII. Joannis Evangelistae, vulgo Patribus S. Eloy s. Eloy. ut haberetur in suo libro, cujus titulus est liber Privilegiorum Patribus S. Eloy in 2. parte ex impressione Romana fol. 13. Clemens VIII. eis concessit, ut ad nullas processiones accedere tenerentur, nisi ad illas juxta Decretum Concilii Tridentini, scilicet, pro festo corporis Christi pro electione Summi Pontificis ac ejus salute, pro peste, fame, & bello, & quod ad nullas alias accedere teneantur, quae concessio magni ponderis est, explicat Decretum Concilii Tridentini.

In Lusitania Religiosi non solent accedere ad processiones Litaniarum, cum esset Archiepiscopus Olyssipponensis Illustrissimus Dominus Alphonsus Furtado de Mendoga voluit compellere Regulares, ut ad processionem S. Marci, seu Litaniam majoris accederent, & inde Religiosi etiam mendicantes se praedicto privilegio praedictorum Patrum S. Eloy munierunt, quod ad talem processionem non tenebantur, & re satis agitata Illustriss. Dom. Archiepiscopus quievit, & ultra non processit.

QUESTIO VII.

An Regulares possint facere processiones extra proprium Conventum?

SUMMARIUM.

- 31 Aliqui dicunt Regulares posse facere processiones extra conventum sine licentia Episcopi.
 - 32 Opposita sententia, & negativa est vera.
 - 33 Quod intelligitur, nisi deur consuetudo in contrarium, ut datur in portugallia.
- Affirmat Grassis consil. 20. de Regularibus ex cap. sicut antiquitus 17. quest. 4. licere Regularibus per triginta passus extra ambitum proprii monasterii facere processiones, eandem sententiam tenent machado tom. 2. summa lib. 4. part. 6. tract. 10. documento 6. n. 3. & probabilem judicat Pellizar, tom. 1. tract. 5. cap. 11. quest. 16. n. 25.
- Opposita sententia, & negativa est omnino vera, & pro ea multas afferunt Cardinalium declarationes Barbosa de potestate Episcopi. Allegat. 78. m. Lezana tom. 1. Reg. cap. 12. num. 41. & tom. 4. verb. processio quoad Regul. num. 8. & 9. Zerola in praxi Episcop. verb. Processio part. 1. verb. Processio. num. 4. Diana part. 3. tract. 2. Resol. 77. Et ratio est, quia nemo potest instruere processiones in territorio alieno, sed tantum in suo, in quo habet jurisdictionem: atqui Religiosi solum habent jurisdictionem in suo territorio, & non alieno, ut probat Campanel. de diversorio juris Rubric. 12. c. 13. num. 118. ex Zabarella, & aliis, Illud verò cap. Autem sicut antiquitus, quod citant Grassis, & machado solum determinat, quod Ecclesiae omnes gaudeant privilegio immunitatis per

per triginta, aut quadraginta passus, ex quo minime sequitur, quod jurisdictione conventus Regularis extendatur ad tale spatium, cum potius Abbas, seu Prioris territorium tantum dicatur Conventus seu Monasterium.

Hoc autem intelligitur nisi ad consuetudo in contrarium, quia stante bene possunt Regulares in illa perseverare, ac continuare, pro quo duas declarationes factas à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium affert M. Lezana tom. 4. Regul. verb. Processio quoad Regul. n. 8. una edita est die 18. Maii 1640. altera 14. Februarii 1642. quibus declaratur Regulares habentes consuetudinem faciendi processiones extra proprium ambitum posse illas continuare. Et Portel, in dubiis Regular. verb. Process. num. 8. testatur quod in Portugallia Regulares nulla petita licentia frequenter faciunt processiones, pro pluvia, serenitate, ac aliis similibus, in quo maxime laudantur ab Episcopo, & in omnibus nostris conventibus in hoc Regno Portugalliae frequenter magno populi concursu fiunt processiones Beatissimae Virg. Mariae de Monte Carmelo.

QUESTIO VIII.

De praecedentia inter clericos, ac Religiosos, & de ipsismet Religiosis inter se.

SUMMARIUM.

- 34 Clerici praecedentiam habent supra ceteros Religiosos, & clerici quomodo habeant praecedentiam inter se.
- 35 Canonici Regulares praecedunt Monachos.
- 36 Post Monachos mendicantes, & mendicantes praecedunt non mendicantes.
- 37 Carmelita habent praecedentiam super Fratres B. Virg. de Mercede.
- 38 Inter Fratres mendicantes Dominicani habent praecedentiam.
- 39 Quoad alios mendicantes observanda est bulla Gregorii XIII. de praesentia in loco.
- 40 Clemens VIII. Solum derogavit praedictam bullam quoad Dominicanos.
- 41 In ceteris bulla Gregorii est observanda, qua agit de Mendicantibus, & n. 42.
- 42 Sacra Congregatio determinavit, ut in praecedentia haberetur ordo, sicut in Romana curia.
- 34. Certum est, & conveniunt omnes, quod Clerici debent praecedere ceteros Regulares, ut declaravit Pius IV. in sua constitutione in ordine 75. & rationis argumentum fundatur in ordine litterarum. Nam in titulo, Ne Clerici, vel Monachi primo loco ponantur Clerici, secundo verò Monachi ut observat Lean. tom. 8. tract. 6. quest. 23. ergo in processionibus priori loco ponendi sunt Clerici, & postea Religiosi. Inter clericos verò priori loco constituti sunt Canonici Ecclesiarum cathedralium, in secundo Canonici Ec-

clesiarum collegiatarum, in tertio alii clerici simplicium Ecclesiarum, in quarto Canonici Regulares Sancti Augustini, in quinto Regulares secundum antiquitatem suorum ordinum, seu privilegia, praescriptam consuetudinem, aut existentiam, seu prioritatem in loco.

Et hoc magis explicetur. Canonici Regulares habent praecedentiam super Monachos nigros, ut determinat Pius IV. in Bulla sedes Apostolica anno 1564. ut notat Navarr. tom. 4. Regular. à n. 4. Tamburin. tom. de jure Abbas. disputatione 25. quest. 1. Deinde inter ipsos Monachos praecedentia debetur Coelestinis supra Olivetanos, ex declaratione Sacrae Congregationis, & determinatione Rotae apud Novarium praecedentia num. 15. de quo etiam Novar. Tamburin. verb. citat. num. 7. & Barbosa statim Barbosa citandus.

Denique post Monachos praecedentiam habent mendicantes, ut notant Novarius citatus num. 11. & Tamburin. citatus quest. 8. num. 2. Deinde mendicantes praecedentiam habent supra non mendicantes, ut constat ex usu, ac consuetudine Ecclesiae, pluribusque sedis Apostolicae quoad hoc declarationibus, ut testatur M. Lezana tom. 4. verb. praecedentia num. 7. Sunt enim mendicantes coadjutores Episcoporum, ac proinde alios praecedere habent, etsi Clerici praecedant Regulares ex ordine litterarum, ut notavi initio hujus questionis quia in titulo dicitur Clerici, & Monachi, 3. primo nominantur clerici, deinde Monachi, sic etiam in omnibus constitutionibus Apostolicis, primo nominantur Mendicantes, deinde non Mendicantes, ut patebit consideranti ipsas Constitutiones Apostolicas, infra apponam Constitutionem Clementis VIII. ergo cum primo nominantur Mendicantes praecedentiam habent supra non Mendicantes.

Et Patres Carmelitani habent praecedentiam supra Fratres B. Virg. de Mercede, ut causa, controversa determinatum est Decisione Rotae die 10. Martii anno 1600. de qua recitat Decretum Sacrae Congregat. eodem anno die 27. Aprilis, quod totum confirmavit Clemens VIII. in bulla quadam, & incipit: Decet Romanum, habetur in 3. tomo Bullar. & de hoc faciunt mentionem Tambur. citatus, Tambr. Barbosa de jure Ecclesiastico, lib. 1. c. 41. n. 187. Novar. citat. n. 9. & 10. & Lezana cit. n. 7.

Inter mendicantes, Fratres sancti Dominici praecedentiam habent super quoscumque Religiosos aliorum Ordinum mendicantium, ut determinavit, ac praecipit Pius V. in sua bulla: Divina disponente in ordine 71. & pro ratione declarationis hanc apponit Summus pontifex, quia ordo sancti Dominici, praeter aliis Fratrum Mendicantium ordinibus à Sede Apostolica primo approbatus, & confirmatus fuerit. Quod etiam maxime confirmavit, ac corroboravit Clemens VIII. in sua Constitutione in ordine 13. Incipit inter cetera.

Quoad alios Mendicantes observanda est bulla Gregorii XIII. quae est 82. in ordine, & incipit: Exposuit Pastoralis, die 15. Julii anno 1583. refertur tom. 2. Laertii & apud Naldum, Quarantam, Confertum, verb. Praecedentia. Et inter cetera determinat ibi Pontifex